



1672.

1. Bardili, Busckhardus: De resignatione sortis.
2. Bardili, Busckhardus: De substitutione Testamentaria.
3. ~~Bardili~~ Frommann, Joh. Andreas: De cura natae macula.
4. Garius, Johannes: De iudicio possessorio sum.
maritimus

1673

1. Bardili, Busckhardus: De recognitione instrumenti.
Rat. 1746.
2. Bardili, Busckhardus: De retentia et usque in
jura effectibus.
3. Frommann, Joh. Andreas: De agnitionis et cognat.
Lionis differentiis
4. Frommann, Joh. Andreas: De amissione rerum fortuita
5. Schenemann, David: Positionum controversarum

causatio IV.

1674

1. Bardili, Busckhardus: De successore singulari, actus
quatenus personae actione tenentur

1674.

2. Bardili, Burkhardus: De unione prolium — —
3. Frommann, Joh. Andreas: De donationum simplicium et
mortis causa differentis primariis
4. Frommann, Joh. Andreas: De hereditatis et bonorum
possessoris differentis primariis
5. Frommann, Joh. Andreas: Decus thesauri casuum.
ex tit. Inst. de res. div. et acq. ipsar. domin.
syroneta.
6. Frommann, Joh. Andreas: Decus thesauri casuum.
ex tit. inst. de res. corpor. et incorporal. ac tit. de
servit. rustic. et urban. praedictor.
7. Frommann, Joh. Andreas: De legataris partiaris
8. Gravus, Johann: De investitura feudali.

1675

1. Bardili, Burkhardus: De divorcio ex causa
desertionis



1695

2. Bardili, Burkhardus: Inscritio XLI. at. uel. ad lib.
L. dig.
3. Bardili, Burkhardus: De jure fisci et militari
De separatione cohabitacionis
4. Bardili, Burkhardus: De sponsalitia largitate
3 Saempl. 1675, 1724 = 1745
5. Bardili, Burkhardus: De sponsalitia largitate
2 Saempl. 1675 = 1757.
6. Frommann, Johann Andreas: Decas thesorum casuumq.
ex lib. Inst. jus II lib. de usup. IV. itemq. de usu
et hab. V. . . . desumpta
7. Frommann, Johann Andreas: Decas thesorum casuumq.
ex inst. lib II lib. de usucapionibus etc. III. . . .
desumpta
8. Frommann, Johann Andreas: Decas thesorum casuumq.
ex lib. Inst. II. tit. VIII. . . . desumpta
9. Frommann, Johann Andreas: Decas thesorum casuumq.
ex inst. jus libr. II et VIII. . . . desumpta



1675

10. Grovius, Iohannes: Sylloge assertionum ex iure
civilis, canonico, feudali, publico, nec non recessus-
bus imperii De promissis.

11. Hopperus, Benedictus: Senatus Romanus prodi-
toris ac proditoris osor.

41.



DISPUTATIONEM MEDICAM

RESOLUTIONE

Capitulum

ARTICULO

De agnitione hominis per seipsum

Præfatus

Dominus HARDO BARDILLI

KÖNIGLICHES
UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK

LEIPZIG



Positionum Controversarum

EXERCITATIO IV.

Occasione

Tit. I. Lib. II. Instit. Imper.

PRÆSIDE,

DN. DAVIDE SCHEINE.

MANNO, J. U. D. & Illustr. Col-
leg. Profefs. Publ.

In Illustr. Collegii Auditorio

Ad Diem Maij,

Publico Examini proposita

à

GOTTOFREDO à Schmidberg /
Equ. Suev.

TUBINGÆ,

Typis JOHANN-HENRICI REISI,

ANNO MDC LXXIII.

1673, 5

9

atum,
onestè
or. ad
scien-
34.

ve sti.
v. d. l.

n. 32.

ante-

. n. 6.

picio

ofun-

tracta

sh. in

tr. de

. 5. 1.

naxi-

erbio

r. re-

oli V.

d ve-

ni. de

a rem

. vid.

Aliud

o da-

de eo

9. 94.

flam

unn,

tum

ra-

que

posi-

test.

Positionum Controversiarum

EXERCITATIO IV.

Quaestiones

Tit. I. Lib. II. Inst. Imper.

TRASIDE

DR. DAVIDE SCHEIN

MANNO, J. U. D. & Inst. Col.

leg. Praes. Publ.

In Illust. Collegii Auditorio

Ab Dno. Schaeff.

Publico Examine proposita

GOTTORFEDO à Schmiedberg


Ed. 2. aev.

TRIBINGE

Typis JOHANN. HENRICI RISH.

ANNO MDCCXXIII.





I. N. D. J. C.

THESIS I.



X alienâ materiâ, ignorante ejus domi- Ad §. 29.

no, in suo solo bonâ fide ædificans, tenetur
actione de tigno juncto in duplum Reinh. Ba-
chov. in not. ad Treutler. vol. 2. disput. 20. thes.
6. lit. A. vs. quod autem. Arnold. Vinn. ad §. 29.

h. t. num. 2. Dn. Joh. Otto Tabor in racem. cri-
min. defn. ad lib. 47. ff. tit. 3. thes. 14. Diss. Matth. Wesenbec.
ad d. §. 29. num. 5. Joach. Mynsing. ibidem. Joh. Gœdd. ad l.
62. de verb. signif. num. 8. etiamsi tignum fuerit non furtivum
Joh. Jacob. Wissenb. disput. ad Institut. 10. thes. 9. & ad ff. part.
poster. disput. 29. thes. 20. Dn. Georg. Adam Struv. in Syntagm.
Jurispr. Exerc. 48. thes. 28. Diss. post Cujac. Zœs & alios Dn. Ta-
bor dict. thes. 14. pag. 332. quod duplum tamen tigni exemptio-
ne & præstatione evitabit Bachov. dict. lit. A. adverb. nec ædi-
ficans tignum. Joh. Harpprecht. ad d. §. 29. num. 25. & seqq. mo-
do illa sine ruinæ periculo & publici aspectûs deformatione fieri
possit. vid. post Bachov. Vinnius ad dict. §. 29. num. 3. circa fin.
Diss. Osw. Hillig. ad Donell. enucleat. lib. 4. cap. 33. lit. C. Wis-
senb. dict. disp. 10. thes. 10. Dn. Tabor. ad dict. tit. 3. thes. 28. Dn.
Struv. dict. Exerc. 48. thes. 30. Præstito autem duplo irrevocabi-
le consequitur dominium materiæ arg. l. 63. ff. de rei vindic. eam-
que diruto ædificio prior dominus vindicare amplius nequit §. h.
n. in fin. Bachov. dict. lit. A. vs. quod autem & seqq. Dn. Tabor.
dict. tit. 3. thes. 15. Dn. Struv. dict. disput. 48. thes. 29. Diss. Wis-
senb. dict. Disput. 10. thes. 11. & 12. in fin. & dict. Disp. 29. th. 20.



II.

In malâ vero fide ædificante duplum hoc meram pœnam continet, eoque præstato, post ædificium dirutum adhuc superest materiæ vindicatio l. 2. ff. de tign. junct. Bachov. dict. lit. A. vs. tertia propositio & de action. disp. 5. thes. 17. vs. illud hic, Dn. Tabor. d. thes. 15. & 16. nisi æstimationem ejus mediante actione ad exhibendum, vel utili rei vindicatione dominus fuerit consecutus Wissenb. dict. thes. 12. ubi perperam notat Bach. Diversum & quidem, ut ipse fatetur, noviter hîc sentit meritissimus Dn. Struv. dict. thes. 29.

III.

Contra fabrum lignarium, cæmentarium vel similes, qui mala quidem fide ex alienâ materiâ ædificarunt, ædificium autem non possident, actionem de digno juncto non competere putamus cum Coll. Jur. Argentor. ad tit. ff. de tign. junct. thes. 6. num. 16. Dn. Struv. dict. Exerc. 48. thes. 28. Diss. Dn. Tabor. ad dict. tit. 3. thes. 19.

IV.

§. 30.

In alieno solo ex suâ materiâ bonâ fide ædificans, amissâ ædificii possessione, ad pretium materiæ consequendum secundum æquiores & in foro probatam sententiam non omni destitutus videtur remedio Georg. Frantzk. Exerc. ad Instit. 4. quest. 5. Wissenb. dict. disp. 10. thes. 20. Joh. Brunnem. ad l. 33. ff. de condict. Indeb. num. ibiq; alii. Diss. Caspar Schifordech. disp. forens. ad Anton. Fabr. lib. 2. tract. 12. per tot. Vinn. ad h. §. 30. num. 4. & in select. quest. lib. 1. cap. 24. cum pleriq; aliis Neotericis.

V.

Malâ fide in alieno ædificans materiam diruto ædificio vindicare potest, si animm donandi non habuisse appareat. Bachov. dict. thes. 6. lit. B. ad verb. tunc enim ne quidem Vinn. ad h. §. 30. num. 2. Dn. Strauch. dict. Exerc. 6. thes. 46. Diss. post Donell. Arum. & alios Harpprecht. ad h. §. 30. n. 1. & seqq.

VI.

§. 35.

Bonæ fidei possessor fructus non tantum industriales, sed etiam naturales percipiendo suos facit Frantzk. dict. Exerc. 4. th. 7. Vinn. ad h. §. 35. num. 7. & 8. & in select. quest. lib. 1. cap. 25. Dn. Struv.

Dn. S
1. disp
ster. p
2. Ex
Dom.
num.
tinom
quest.
quoad
Umm
ne ve
dict.
cap. 2
Pistor
12. B
20.
comp
7. tit
def. 7
3. D
nistr

§. h.
g. ve
terba
decis
ad l.
Diss
dire
dict.

Ant
Exer



Dn. Struv. *Exerc. ad ff. 11. thes. 21.* Diff. Bachov. *ad Treutler. vol. 1. disp. 15. thes. lit. E. F. Wissenb. dict. disp. 10. thes. 27. & ad poster. part. ff. disp. 18. thes. 22.* Dn. Joh. Volck. Bechmann. *tom. 2. Exerc. Exoter. 15. ad l. bonæ fidei 48. in pr. ff. de acquir. rer. Dom. etiamsi rem titulo lucrativo possideat Vinn. ad d. §. 35. num. 6.* Diff. Jul Pac. *in not. ad l. 45. ff. de usur. & centur. 5. an. tinom. 45.* Sed utrosque revocabiliter, Frantzk. *dict. Exerc. 4. quest. 8.* Vinn. *ad h. §. 35. num. 9. & dict. lib. 1. quest. 26.* Diff. quoad industriales Hug. Donell. *lib. 4. Comm. cap. 26.* Ilico Ummius *Disp. de process. 21. thes. 3. num. 22. & alii* consumptione verò irrevocabiliter, licet locupletior inde sit factus Frantzk. *dict. Exerc. 4. quest. 9.* Vinn. *ad h. §. 35. num. 10. & dict. lib. 1. cap. 26.* Dn. Struv. *dict. Exerc. 11. thes. 23.* Diff. post alios Hartm. Pistor. *lib. 4. quest. 25.* Erasim, Ungepaur. *Exerc. Iustin. 5. quest. 12.* Ben. Carpzov. *in Iurisp. Forens. part. 3. const. 32. def. 28. n. 20.* Quos tamen, sicut & usucaptos cum expensis in rem factis compensare debet post alios Johann. à Sande *in decis. Frisc. lib. 7. tit. 15. def. 2.* Diff. Anton. Faber. *in Cod. Sabaud. lib. 7. tit. 18. def. 70.* licet percepti sint ex melio ratione Sande *dict. tit. 15. def. 3.* Diff. post alios Francisc. Munoz. d'Escobar. *de ratiocin. administrator. tom. 2. cap. 13.*

VII.

Thesaurus in fundo proprio inventus totus cedit inventori §. h. 39. licet illum ex causâ ad dominium transferendum habili e. g. venditionis, permutationis aut aliâ debeat Consultiss. Dn. Lauterbach. *in disput. de thesaur. thes. 17.* Diff. Henric. Nâbelkrâh. *decis. 9.* aut aliâs dominium habeat revocabile Anton. Perez. *ad l. un. C. de thesaur. num. 12.* Dn. Lauterb. *dict. disp. thes. 24.* Diff. Matth. Berlich. *in conclus. pract. part. 2. concl. 2. num. 57.* vel directum tantum Wissenb. *dict. disp. 18. thes. 4.* Dn. Strauch. *dict. Exerc. 6. thes. 33.* Diff. Vinn. *ad h. §. 39. n. 3.*

VIII.

Magicâ arte in proprio fundo quæsitus totus cedit fisco. Marc. Anton. Peregrin. *de Iur. Fisc. lib. 4. tit. 2. num. 2.* Dn. Struv. *Exerc. ad ff. 41. thes. 53.* in alieno, ad dominum loci pertinet Dn. Lau-

A 3.

§. 39.

Dn. Lauterbach. *dict. disput. thes. 26.* Diff. post alios Harpprecht. *ad h. §. 39. num. 4.*

IX.

Nimis confidenter miseros & Triboniani mancipia dicit Wislenb. *in dict. disput. 18. thes. 13. & dict. disp. 10. thes. 34.* qui persuaderi sibi nolunt dissensum fuisse inter Imperatores *in §. h. 39. & l. 3. §. pen. ff. de iur. fisc. vid. Vinn. ad d. §. 39. & Dn. Strauch. dict. Exerc. 6. thes. 32.*

X.

Thesauros quocunque etiam in loco fuerint reperti, in solidum sicut alia *ad h. §. 39.* hodie nostris moribus ad fiscum pertinere multi putant Henning Arnif. *in tr. de iure Majest. lib. 3. cap. 6. num. 23.* idque præter alia, quæ nominat, regna, etiam in Germaniâ obtinere scribit Hug. Grot. *in tr. de l. B. & P. lib. 2. cap. 8. n. 7.* & cum illo Vinn. *ad §. h. 39. num. 9.* Juris Civilis autem dispositionem hîc observari & secundum illam iudicatum esse præter alios testatur Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. ult. num. 1.* cui & nos tamdiu inhærendum, donec aliud lege vel consuetudine introductum esse, sufficienter probatum fuerit, existimamus cum Petr. Heigio. *lib. 1. quest. 13. num. 54.* vid. Dn. Lauterbach. *dict. disput. thes. 31.*

XI.

§. 40.

Traditio transferendi domini modus quidem est maximè naturalis, de Jure Gentium tamen non præcisè necessaria, sicut nec possessionis adeptio Hug. Grot. *dict. lib. 2. c. 6. §. 1.* & ibi Dn. Caspar Ziegler. *in not. Henric. Hahn. in not. ad Wesenb. n. 11.* Diff. Vinn. *ad h. §. 40. num. 1.* Wislenb. *disp. 1. de mutuo. rh. 4.* Dn. Gerhard. Feldmann. *in tract. de Jure in re & ad rem cap. 13. num. 3. & seqq.* nec, quod quibusdam ex causis, hereditatis, puta legati & aliis, dominium sine traditione ipso jure transit, principaliter venit ex legis civilis beneficio, sed simplici jure naturæ, à lege civili *illis in casibus* in usum revocato Dn. Ziegler. *dict. loc.* Diff. Vinn. *ad h. §. n. 3. & Dd. communiter.* Proinde ut subtiliorem quandam hîc in casibus intervenire traditionem cum Dn. Feldmann. *dict. cap. 13. thes. 46.* statuamus, nulla urgere videtur Juris ratio, imò nec admittere.

XII. Cau-

XII.

Causa five titulus adesse debet: habilis ut per traditionem dominium transferatur: ut tamen in eundem titulum datus & accipiens consentiant necesse non est. Error enim in causis dandi & accipiendi dominii translationem non impedit Vinn. *Select. quest. lib. 2. cap. 35.* Dn. Strauch. *dict. dissert. 6. thes. 38.* Diss. Dn. Struv. *Exerc. ad ff. 16. thes. 10.* Dn. Bechmann. *ad l. 18. ff. de reb. cred. n. 31. & 32.* nec desperata plane est inter *dict. l. 18. & l. 36. ff. de acquir. rer. domin.* antimoniam ut Wissenb. *putat dict. disp. 18 thes. 26.* vid. Vinn. & Dn. Strauch. *loc. alleg.*

XIII.

Ex causâ conditionali simpliciter facta traditio dominium non transfert. Philib. Brüssel. *in tract. de condit. lib. 2. tit. 1. num. 17.* Dn. Lauterb. *in praelect. ad tit. ff. de contrab. empt. n. 21. vs. pendente autem.* & post illum Dn. Brunneman. *ad l. 8. in pr. ff. de peric. & commod. rei vend. num. 13.* Diss. teste Joh. Sighard. *ad l. contractus 17. C. de fid. instrum. num. 6.* Dd. communiter, & novissimè Frantzck. *ad tit. ff. de contrab. empt. num. 287. & seqq.*

XIV.

Res ab alio bonâ fide possessa tradi, ejusque ita dominium in accipientem transferri nequit. Hic enim ut ex traditione sequatur effectus, rem oportet esse vacuum ab alterius civili possessione. Vinn. *ad §. h. 40. num. 2.* Diss. post Dd. Longobardos plurimos Donell. *lib. 4. Comment. cap. 19. lit. B.* ibique Hilliger. & novissimè Dn. Bechmann. *ad tit. ff. de acquir. rer. Domin. num. 71. & seqq.*

XV.

Tacita conditio, quæ juxta *h. §.* in traditione ex causâ venditionis, dominii translationem specialiter impedit, ad reliquos contractus onerosos non pertinet Vinn. *ad h. §. num. 1.* Diss. Dd. communiter teste Ferdin. Vasq. *illustr. quest. lib. 3. cap. 69.* quæ conditio, licet traditioni fuerit expressè adjecta, & dominium à venditore, donec emptor integrum pretium solverit, reservatum, non impedit, quo minus casualis rei venditæ de-
terio-

§. 41.

echt.

Wis-
per-
39.
uch.

dum
mul-
num.
aniâ
n. 7.
dis-
præ-
nos
odu-
Petr.
spur.

è na-
ficut
& ibi
n. 11.
h. 4.

p. 13.
pu-
nsit,
e na-
gler.
oin-
itio.
nulla

Cau-



teriorationis & interitûs rei venditæ periculum ad emptorem spectet post Dn. Struv. & Dn. Lauterb. Dn. Brunnem. *ad dict. l. 8. num. 8.* Diss. novissimè Dn. Carpzov. *in resp. Elector. lib. 1. Resp. ult. per tot.*

XVI.

§ 43. &
44.

Fictâ brevis manûs traditione ex mente Ulpiani dominium transfertur & mutuûm contrahitur in iis quæ singulariter circa pecuniam creditam recepta esse ipse respondet *in l. singularia 15. & l. 11. in pr. ff. de reb. cred.* à quo verè dissensit Africanus *in l. qui negotia 34. in pr. ff. mandat.* Schifordecher. *dict. lib. 2. tract. 16. quest. 5.* Frantzk. *in Comm. ad tit. ff. de reb. cred. num. 24.* Vinn. *lib. 1. sel. quest. cap. 40.* Wissenb. *disp. ad Instit. 32. thes. 7.* ad quos conciliandos tamen varios proponunt modos Wilhelm. Ludwell. *Exerc. ad Instit. 11. thes. 5. lit. D.* Dn. Struv. *dict. Exerc. 16. thes. 11.* Dn. Bechmann. *ad dict. l. 15. n. 29.*

XVII.

Verâ instrumenti traditione fictè intelligitur tradita res illo contenta *l. i. C. de donat.* etiamsi non fuerit præsens post Menoch. & Molin. Dn. Brunnem. *ad dict. l. 1.* Neque ad omnem symbolicam traditionem rei tradendæ requiritur præsentia ut putat Locamerus *quest. Justin. 157.*

XVIII.

§ 46.

Rerum pro de relicto habitarum acquisitionem plurimi ex ordine §§. ad fictam referunt traditionem Ludwell. *dict. disp. 4. thes. ult. lit. A.* quæ tamen consideratâ abjicientis intentione potius ad inventionem referenda videtur Vinn. *ad h. §. 46. num. 1.* vid. Ludwell. *dict. Disp. 4. thes. 1. lit. F.* Dn. Strauch. *dict. Dissert. 6. thes. 40.*

XIX.

Necessitate urgente projecta non habentur pro derelicto secundum Justinianum *in h. §. ult. cum quo Ulpianum in l. 43. §. ult. ff. de furt. committit* post Francisc. Hotomann. Wissenbach. *dict. disp. 10. thes. 38.* sed vid. Dn. Strauch. *dict. Diss. 6. thes. 40.* Vinn. *ad h. §. ult. num. 1.*


ULB Halle
006 302 106


3



V. 17







Positionum Controversarum

EXERCITATIO IV.

Occasione

Tit. I. Lib. II. Instit. Imper.

PRÆSIDE,

DN. DAVIDE SCHEINE.

MANNO, J. U. D. & Illustr. Colleg. Profess. Publ.

In Illustr. Collegii Auditorio

Ad Diem Maij,

Publico Examine proposita

à

GOTTOFREDO à Schmidberg /
Equ. Suev.

TUBINGÆ,

Typis JOHANN-HENRICI REISI,

ANNO MDC LXXIII.

1673, 5

9

